

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Speculum Quaestionum moralium, in universam  
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. IX. - An consultatio sit scientia, opinio vel coniectura. [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

Resp.

*Prudentia, quæ legum effectrix dicitur, vniuersale  
objektū respicit: at monastica, quæ propriè hoc loco pru-  
dentia dicitur, vnius hominis bonum & singulare in-  
tuerit.*

## C A P. XI.

*An consultatio sit scientia, opinio vel con-  
iectura.* De consulta-  
tione.

*An sit distincta virtus mentis?*

**A**LIVD adiunctum prudentiæ est  
consultatio: de qua cum in tertio  
libro satis egerimus, pauca nunc admo-  
dum adiicientur. Contendit philoso-  
phus in hoc capite bonam consultatio-  
nem à scientia, ab opinione, a cōiectura  
distinguere: à scientia, quia nemo sciens  
quærit, at qui consultat de rebus futuris  
quærit & ratiocinatur: ergo consultatio  
non est sciēria: ab opinione, quia opinio  
est sine ratione & quæstione, qui enim o-  
pinatur non discutit, non quærit, sed qui  
deliberat, primūm quæstionis nodū pro-  
ponit tū rationis nutum & præscriptum  
sequitur. Est enim consultatio quadam  
vt ita dicam consilij linea & testudo:  
Nam vt linea manum, ita consultatio  
mētem in rebns incertis dirigit. A cōie-

Consultatio  
quomodo  
differat à sci-  
entia, opi-  
nione, & con-  
iectura:

Gg 2 Catura

Conclusio  
bona quæ sit.

Conclusio  
differt, quia coniectura citò colligitur, sed ad cōsultationem multum temporis & diligentiae adhibetur. Ex his concludit Arist. nō omnem animi rectitudinem de rebus dubiis esse bonam consultationem, sed eam solum, quæ de mediis optimis ad honestum finem destinatis instituitur.

### *Distinctio.*

Cōsulta- tio differt	Ascientia, in	Obiecto, nam in scientia est certum & necessarium, in consultatione autem anceps.
	Ab opinione, in	Medio, nam scientie mediū est demonstratio, consultationis autem opinio.
	A coniectura,	Fine, nam scientie finis est contemplatio, consultationis verò actio.
		Subiecto, nā opinionis subiectum est phantasia, illius autem est voluntas.
		Obiecto, nam opinio est circa ens & non ens, consultationis verò non item.
		Adiuncto, quia opinio vera aut falsa, consultationis bona aut mala dicitur.
		Quod cōiectura volociter, consultationis deliberatè & prudenter fiat.
		Quod coniectura sit leuis, cōsultatio grauis & ponderosa,
		Opp.

Opp.

*In tertio libro satis egit philosophus de cōsultatione:  
ergo hoc loco nugatur.*

Resp.

*Aliter hic, aliter illuc de consultatione agitur, illic  
enim secundum Thomam de illa, ut est actio voluntatis,  
hic vero de illa, ut est habitus intellectus, agitur.*

Opp.

*Consultatio habitus in textu non definitur: ergo de  
illa, ut de habitu non agitur.*

Resp.

*Quamvis nomen habitus aperie in textu non adhi-  
beatur, insinuatur tamen: Est enim bona consultatio  
(græcis εὐ Κονσίλια) dicta habitus mentis animm incli-  
nans ad prudenter deliberandum, optimumq; finem per  
optima media attingendum.*

Opp.

*Quandoq; ad malum finem bonum cōsilium datur,  
ut est in textu, ergo ad optimum finem semper non ad-  
bibetur consultatio.*

Resp.

*Quemadmodum in speculatiis scietis ex falsis ve-  
rum aliquando sequitur: ita in practicis ex malis medijs  
bonum aliquando contingit propositum. Sed attende-  
dum est, quod ad cōsultationem, de qua hoc loco agitur,  
duo requiriuntur, optimorum finium intentio, & medi-  
orum non turpius sed honestorum iniectio. Non est ergo*

G g 3 vera

Ad bonā con-  
sultationem  
duo requisū-  
tur.



vera cōsultatio, qua ex malis principijs medijsḡ nascitur.

Opp.

*Finis optatus s̄pē omittitur, cum diu ac multū de  
medij delibetur, ergo semper diuturnum tempus ad  
consultationem requiri non debet.*

Resp.

*Ne hoc fiat, alia virtus nēpē solertia à philosopho ad-  
iicitur, quae est habitus cūd ac velociter inueniendi me-  
diū, sed de hac virtute proxima insituitur disputatio.*

Opp.

*Eubulia, sagacitas, & sententia sunt virtutes mentis:  
ergo sunt plures virtutes mentis quam quinque.*

Resp.

*Virtutes men- Primariae, quae sunt numero quinq-  
tis sunt, aut Minus primaria, & sic sunt plures.*

### C A P. X.

*An sagacitas sit virtus mentis distincta à  
prudentia?*

**F**OELIX est ingenium quod citò  
prompteq; rerum causas percipit: a-  
cumen s̄pē ingenij quæto, consilium  
semper non requiro. Discrimen eminet,  
caue, nam mora periculum, sagax inge-  
nium salutem adfert. Necesse est aliquā-  
do vti consilio, est etiam necessarium  
ali-